

- 40 Qui laudis sacre libamina nocte dieque  
 Omne bonum danti persolvant omnipotenti.  
 Speramus meritis illum facientibus istis  
 Cognovisse suam perpetratam male culpam  
 Ad presens digne satque penituisse.
- 45 Coram magnifico Domini, quem sprevit, amico,  
 Huncque Dei sanctum — non est nobis dubitandum —  
 Concessisse pie veniam, quoque supplicat iste.  
 Nam Dominus dixit: „Laxa, si penitet“, inquit,  
 Nec foret ipsius Domini dilectus amicus,
- 50 Si, quod iussisset, complere minus voluisset etc.

Cetera de ipsius strenuitate ac venie impetracione in vita sancti Heimeradi parte III.<sup>1)</sup> invenies hec lecturus.

## 3.

## Zwei für die Geschichte des Universitätsstudiums interessante Urkunden.

Von Dr. jur. Hermann Hallermann = Münster.

Im Staatsarchiv zu Münster befinden sich zwei bemerkenswerte Urkunden, die eine, von der nur eine Abschrift erhalten ist, ist ein Universitätszeugnis aus den ersten Jahren der alten Universität Köln, die in diesen Tagen zu neuem Leben erstanden ist. Von einer heutigen „Exmatrikel“ unterscheidet sich dieses Zeugnis vor allem dadurch, daß der Rektor bekundet, der betreffende Student habe, wie ihm sein Professor bestätigt habe, die Vorlesungen „more veri scholaris et studentis“ regelmäßig besucht. Damals hörte also der „richtige“ Student seine Kollegs auch wirklich, während er in letzter Zeit nach der Ansicht mancher seine Vorlesungen nur zu belegen brauchte. — Die zweite zeigt u. a., daß man auch schon im 14. Jahrhundert das glücklich bestandene Doktorexamen zu feiern pflegte, und daß die Bestreitung der Kosten dieses Festes nachträglich manchem neugebackenen Doktor Schwierigkeiten gemacht hat.

Die beiden Urkunden lauten:

1.<sup>2)</sup> Universis singulis et presentes literas visuris seu audituris Johannes Heyman de Wachendorp magister in artibus rector universitatis studii Coloniensis salutem in eo qui est omnium vera salus et infrascriptorum cognoscere veritatem. Quia rationi congruit illis testimonium veritatis perhibere, quibus studii proprii diligentia exercitii

<sup>1)</sup> Vgl. Ekkeberti Vita Haimeradi, Kap. 10 u. 15, SS. X, 601 u. 603.

<sup>2)</sup> Mfr. I 214, fol. 62.

continuatio aliaque virtutum et probitatum merita laudabiliter suffragantur; qua propter ad notitiam omnium et singulorum deducimus per praesentes, quod honestus et discretus vir dominus Hermanus de Munden, presbiter beate Mariae in capitolio Coloniensi ac sancti Patrocli Susatiensis Coloniensis dioecesis ecclesiarum canonicus, diu fuit videlicet a feria tertia post festum omnium sanctorum anno domini millesimi quodringentesimi octavi citra verus scholaris et studens intitulatus et inmatriculatus in eo studio, in quo per annum et mensem continue stetit, sub venerabili viro magistro Theoderico de Monasterio sacre theologie professore acta inibi in facultate theologia regente, more veri scholaris et studentis lectiones suas fideliter audientis, prout etiam ex testimonio eiusdem magistri Theoderici nobis constat evidenter. In quorum omnium et singulorum testimonium presentes nostras literas fieri fecimus et sigilli nostre rectorie iussimus appensione muniri. Datum Colonie anno Domini millesimo quodringentesimo duodecimo mensis Julii die undecima.

II.<sup>1)</sup> Noverint universi ac singuli ad quos presens scriptum pervenerit, quod ego frater Everhardus de Brugenege in artibus licenciatus et bacalarius, in sacra theologia sub tenore presentium honorabilibus viris . . . domino preposito et conventui monasterii Kapenbergensis repromitto, quod eosdem nec precibus nec mandatis sedis apostolice . . . ordinis . . . principum aut quorumlibet magnatum pulsabo seu sollicitabo nec quomodolibet alias artabo vel angariabo ad administrandum michi sumptus in scolis pendente tempore studii mei vel eodem expleto ad faciendum michi expensas necessarias pro festo in novitate magisterii celebrati consueto, si quando ad gradum magisterii Dei gratia promoveri me contingat; eos etiam ad magisterium promotus nec intus nec extra positus singularibus aut insolitis expensis honorabo communi provisione sicut aliis eiusdem ecclesie fratribus provideri consuevit contentandus renuncians omni jure sive privilegio, si quod sive bacalarius sive magistris super predictis competere videatur. In quorum memoriam firmiorem rogavi honestos viros Godefridum de Hovele, consobrinum meum et Fredericum Dukere fratrem meum michi predilectos presentis pacti cartulas una mecum sigillorum suorum testimonio robarare. Et nos Godefridus ac Fredericus predicti recognoscimus nos ad presentes eiusdem nostri consanguinei una cum eodem in testimonium predictorum sigilla nostra presentibus appendisse. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono duodecima die mensis Augusti.

<sup>1)</sup> M. Appenberg K Nr. 457a.